



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Pascha comedendum calceatis pedibus Exod. 12. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

olim apud Hebræos observati fuerunt, & alia singularia exponere, quæ in sacris volumini bus leguntur. Inter alia, quæ circa Agnum Paschalem præcipit Deus, illud omnino peculiare fuit, quod voluerit ut agnū comedentes lumbos haberent succinctos, calceatos pedes, & baculos in manu.

Verba Legis sunt. וְכֹה חָבַלּוּ Exod. 12:5  
אֲתָּה מִתְנִים תְּנִים נָעֲלִים נָגְלִים II.

ומקלנים ניחנים ואנלחכ אתו בחפוץ Sic autem comedetis illum, renes vestri erunt succincti, calceamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris, comedetis illum festinanter, Pascha est Domini. Inquisiverunt diu viri eruditissimi, quænam ratio fuerit hujus præcepti, ut Israelitas, dum Pascha comederent in Ægypto, calceatos esse voluerit Deus. Atque, ut fieri amat dum conjecturis quisque indulget, in varias ac multiplices divisi sententias abierunt.

II. Quorundam est opinio, voluisse Deum, ut Israelitæ, longum atque difficile inter ingressuri, viatorum sumerent calceos, & pedibus induerent, cum Pascha pri-

mum